

IN MORTTEM
REVERENDI, ET MA-
GNIFICI VIRI D. IOANNIS GROPP-
PERI LL. DOCTORIS CONSVLTISSIMI,
AD S. GEREONEM SCHOLASTERIS, BON-
nensis Collegij insignis Præpositi, Colonien-
sis Ecclesiæ Archidiaconi dignissimi,
et Romæ a Pontifice Max. Car-
dinalis designati, Elegia
ακροστιχis authore
GERARDO HVTINGIO
Dotinchemensi.

Ad ornatissimum, doctissimumq; virum D. Godefri-
dum Gropperum, LL. professorem clarissimum,
Mecæ suum vnice colendum.

Psalmο CXI.
εις ... αιωνιοις ισαι δικαιος, και απο(...)

COLONIE
Excudebat Petrus Horst. Anno,
Domini M. D. LIX.

AD ORNATISSIMUM,
DOCTISSIMUMQUE VIRUM D. Go-
DEFRIDUM GROPPERUM LL. PROFFESSOREM
consultissimum, Gerardi Hutingij Dotinche-
mensis carmen *προσφωνητικόν* .

Inter tot fratris mœstissima fata querentes,
En ego, mi Doctor, sum Godefride simul.
Si Meccœnates quondam deflere poetas
Addecuit: mutos nos minus esse decet.
Haud etenim frater nobis tuus infima dona
Præstitit: et nostram fouit amore Domum.
Hoc satis ostendit nostræ legata Iuuentæ,
Perpetuo durans lectio sacra die.
Vt taceam, quoties nos ad sua prandia secum
Duxerit, et multis iuuerit vsque modis.
Adde quod et fidei commiserit omnia nostræ
Instituenda probe pignora chara tua.
Quorum pars frugem magnam nunc attigit: amplum
Gymnasio nostro progenitura decus.
Pars disciplinæ nostræ modo castra sequendo,
Exhibet in cuctis saxa fateri:
Si dolor iste nihil nos properantia luctu,
Quo decuit fratris plangere fata tui.
Haud mea rite satis tantum cura grauisque dolor.
Sed faciant alij grauiora poemata, nostrum
Non puto despicias, fautor amice, rude.
Obtule-

Obtulerat paruum paupercula foemina munus:
Econtra vane grandia Scriba tumens.
Sed tamen a C H R I S T O plus foemina laudis habebat,
Quam quivis alius maxima dona ferens.
Haud opus est etenim, sed mens pensanda, facultas
Omnibus haud aequa sorte tributa datur.
Dij faciant possis tetrum superare dolorem:
Vt mea soletur te quoque Musa rogo.
Nec fas est adeo lachrymis tabescere pectus:
Planctibus ex tu mulo nemo redire potest.
Et quia tam pravis totus scatet actibus orbis:
Qui moritur citius nonne beatus erit?
Ergo tuus frater celebri post fata relicto
Nomine, iam laetus caelica regna colit.
At tibi iam fratris chari vice maximus erit.
Id similes mores, probitas, industria, virtus.
Atq; Scholasteris munera clara iubent.
Quare deponas luctus et (gr) akrosicha nostra,
Accipias vultu candidiore precor.
Si poterunt vires alias tibi plura canemus,
Qualia sint melius nomine dignatuo.
Id porro longe melius praestabitur olim:
Haec si quo videam grata fuisse modo.
Eic tamen interea valeas, clarissime Doctor,
Vtque facis, semper perge favere tuis.

IN MORTEM REVEREN-
DI ET MAGNIFICI VIRI D. IOANNIS
GROPPERI LL. DOCTORIS CLARISSIMI,
ad S. Gereonem Scholastici, Ecclesiæ collegiate Bonnensis
Præpositi, Coloniensis Ecclesie Archidiaconi di-
gnissimi, et Cardinalis designati, Elegia
ακροστικός .

O Tristes elegos, quibus hoc ego tepore iussus
Bruta necis cogar pandere fata trucis.
(OBIIT) In mentem Musas letissima quæq; daturas,
Iam mihi speraram carmina sæpe meam.
Tu modo mors aliud nobis inuisa ministras:
R es ita dispensas improbitate tua.
E rgo chelyn, citharam Musæ ponantq; superbas
V estes: hoc ratio temporis ipsa iubet.
E viuis siquidem summus Patronus earum
(REVERENDVS) R aptus: in externæ parte quiescit humi.
E rgo sic etiam mors nos comitatur acerba?
N ullibi vitari mœta suprema potest?
D ucite Teutonicæ querulos de pectore tristi
V ersus Pierides, ducite. flere decet.
S cilicet ille iacet confossus arundine mortis:
(ET) E x cuius sequitur vestra ruina nece.
T am fuit insignis studij defensor, et omnes
M irifico doctos mentis amore tulit.
Ae des illius doctis patuere quibusq;:
G randibus ornauit muneribusq; Scholas.
Non Agrippinæ tacet hoc Academia, florens
(MAGNIFICUS) In primis eius sedulitate graui.
Fecit vt hic auibus longe melioribus artes
Ingenuas tradant, erudiantq; Scholæ.
Crebris

Crebris externam Sophiam sudoribus auxit:
 V t satis hoc ipsi scripta dicata docent.
 S cripta dicata docent, quauto flagrarit amore,
 V t studijs merces, et simul esset honos.
 (VIR) Id quod et obtinuit: quare post secula cuncta
 R egia facta Viri gratus Apollo canet.
 O mnibus æqualis debet hic esse dolor.
 Mortuus est etenim, quem vos peperistis alumnu,
 (DOMINUS) I n patriæ lumen, Teutonicq; soli.
 Non modo iam factus Musas tractabat a dultus
 V ir: sed et a puero pene fouebat eas.
 S uscipit e patria generosa Colonia missum:
 I n cuius studijs instituendus erat.
 O felix studium, mire celeremq; laborem
 A d tituli merito dona ferenda suo.
 (IOANNES) N am per Aristotelis magni decreta vagato,
 N on ita post longe suma corona datur.
 E xcendunt annis alij fortasse puellum:
 S ed cunctos superat dexteritate sua.
 G randia post Musæ facilis complexus honores,
 R ecte proposuit voluere iura sacra.
 O mnibus hic itidem de se miracula quædam
 P ræbuit, et celebres claruit ante viros.
 (GROPPERVS) P ontificum sanctuos Canones, legesq; prophanas
 E didicit magno laudis honore breui.
 R edditur hic etiam post debita tempora Doctor:
 V traq; cum magno Iura stupore docens.
 S ic eius clare celeberrima gesta fatertur:
 De quibus vt scribam non elegia sinit.
 E loquij miram venam natura benigna
 C ontulit, et verbi gratia magna fuit.
 Isocratem

(CIMO) I socratem Græcum placido sermone fluentem
 M yrmidonum tellus vnd q; tota vehit.
 O ra diserta sui Ciceronis vbique Quirites,
 V erim Gropperi, cui sat facundia constat
 A n non iam victum dicet vtrumq; diu?
 R hetora vix illi Germanica nostra secundum
 Terre dedit, dubitas credere? clara loquar.
 O rator Cleri florens vtriusq; disertus
 D extera profudit nec nisi verba rata.
 (DIE) Id, cum percelebri Gereonis in Aede Scholaster
 Esset, commissum semper habebat onus.
 Multa fuit (multi norunt) incommoda passus:
 A st indefesso pectore semper erat.
 R ecta secutus enim potuit contemnere vulgus
 (MARTII) T er fortis: nihili scommata falsa putans.
 I am quoties verbis Collegia multa diserte
 I n varijs tuitus sit, numerare sino.
 A h nouit, certe nouit facer ordo patrono
 N unquam se similli fidere posse satis.
 (ANNO) N on vllas igitur lachrymas sacer ordo pfundet?
 O rdo sacer lachrymis exprime damna tua.
 (M.) Moribus et vita cunctos præcessist honeste:
 (D.) D e tot vix aliquis par fuit vllus ei.
 (L) L ux fuit in toto Clero, quid singula narrem?
 (V) V ah quod lux tenebris clara sepulta iacet.
 I am tamen in cæli nitida præstantius arce,
 I ngeti circum lumine cincta, micat.
 (III.) I n terris pariter nunquam peritura vigebit.
 I llius, in quouis cognita, fama loco.
 N ec tibi quæ tractas Oracula sancta Corona,
 A fletu merito temperet vda gena.
 Te

(NATUS) T e siquidem ferme laplam reparauit amussim:
 V t modo tam vigeas vnus hic auctor erat.
 S umptibus haud modicis posuit certamina prini',
 (L) Legitime certo conficiunda die.
 (V) V tilius nihil est, cum sic abstrusa venena
 (I) I n lucem videant prodita rite rudes.
 A dmonuit multos etiam commissa talentæ:
 N e sinerent turpi tecta latere situ.
 (ANNOS) N ec frustra monuit: cum iam pleriq; talenta
 O btuluerint Domino multiplicata suo.
 Solus in hoc totus fuit: vt Germania nostra
 R ectam feruaret mordicus vsque fidem.
 O b quam rem varios sumptus, conamina queuis,
 (ROMAE) Multijugo funebria carmina Nymphæ,
 E quibus Eloquij profluit vnda sacri.
 H uc quoq; Gymnasiu] Montis concedito, Fautor
 O ptimus ocubuit morte nocente tuus.
 Nonne tuos semper promouit amore Magistros
 O mnes præcipuo? munera nonne dedit?
 (HONORIFICE) R euera viuens tibi commoda præstitit ampla:
 I llorum nunquam non meminisse decet.
 Fallor? an et moriens stipendia larga reliquit
 I n studij vere commoda magna tui?
 Credo: nam primum voluit pietate Iuuentam
 E xcultam contra sparsa venena vagam.
 S umptibus ex proprijs CHRISTI sanctissima gest:
 E xponi, viuus iusserat ante diu.
 P ost autem subito fato correptus, anhelis
 (SEPULTUS) V erbis perpetuo iussit id esse ratum.
 L ectio Gropperi nullo moritura sub æuo
 T e decorat, Montis non peritura Domus.
 Vidit

V idit vir prudens quantos Ecclesia fructus
 S entiat, vt sacris casta Iuuenta studet.
 C um primis tutor fortis pietatis auitæ
 V ixit: Apostolicæ Relligionis amans.
 (CVIVS) I n fidei caussa veteris mordacia scripta,
 Verbaq; mente pius vir patiente tulit.
 Scribendis libris curas impendere sudor
 A ssiduus, tristes nec vetuere minæ.
 Nec referam quantus fuerit patronus egenis
 (ANIMA) I ugiter ex CHRISTI, diuitijsq; suis.
 M ille viri durant æuo benefacta perrenni,
 A d CHRISTI miseri membra fouenda status.
 R omani tantis moti virtutibus illum
 E xoptant, placidis muneribusq; fouent.
 Quid, quod Pontificis Summi clementia Bonnæ,
 V ltro Præpositum non sine laude facit?
 (REQUIESCAT) I nde nouis alijs (a nomine Cardine dictos
 E sse reor) titulis condecorandus erat.
 S ed mors quæ titulos nihili confueuit habere
 C onspicuos, iustum surripit ante diem.
 A patrijs laribus (sic sors fortasse volebat
 T unc noua) Romanum cœpit adire solum.
 (IN:) I nter cognatos, fraters, aliosq; propinquos
 Non fuit exiguus tunc (mihi crede) dolor.
 Perueniens Romam magno susceptus honore
 A Patre ter Sancto, plebe stupente, fuit.
 (PACE) C ontendunt alij tantum turbare fauorem:
 E uincit probitas, sibila falsa silent.
 I n palmis similes videas existere vires:
 (IN) N ulla premut recte, mendacia magni
 Haud obtrectantis sunt facienda tibi.
 Repri-

R eprimit ad tempus fortasse calumnia: verum
 (CHRISTO) I ustitiæ nunquam vis generosa perit.
 S ed cum iam menses aliquot degisset in vrbe:
 T am quoq; fulgeret splendida fama viri: Occumbit lento tandem cruciamine fe-
 bris,
 C um studio ferret præmia digna suo.
 (CVI) V idisses hominis fortissima pectora magni:
 I ntrepide mortis spicula dura tulit.
 G rassatur morbi per tabida membra sonant.
 Omnibus exemplo iacuit sub mortis agone:
 (GLORIA) R es ea tam sancto pectore digna fuit.
 I mmoritur precibus: luctu tonat vndiq; Roma:
 A fletu Papam continuisse negant.
 S ed quid tu fratris comes hic Caspare fidelis?
 V ix manet in tot corpore vita tibi.
 (SUMMA) Mors tibi vix fuerat violenta propinquior vnqua[]:
 Mente tamen forti tam mala dura voras.
 A t datur interea corpus venerabile terræ:
 Defertur tumulo gloria magna pio.
 E xactis aliquot post tristia fata diebus,
 B landa coit facili turba Latina gradu.
 (DERETVR) E greditur Summus Pastor velamine pullo
 T ectus, et extollit nomen ad astra Viri.
 V ix pro differtis Rostris encomia Magni
 R oma fuit Marco mota loquente magis.
 A uditor primum Doctor Casparus ibidem
 M agnifico fertur dictur honore Rotæ.
 (AMEN) E n quam sat meritos probitas amittere fructus
 N esciat. æternum fide Patrone vale.
 INE-

IN EIVSDEM D. IOAN.
GRPOOERI IMAGINEM AD VIVVM
DEPICTAM, ET VESTIBVLO TEMPLI D.
Gereoni sacri affixam parieti, iambicum
Epitaphium.

Pictam vides viator hanc imaginem?
Gropperus hoc vultu fuit dum viueret
Pulchro: sed intus dotibus pulcherrimis
Ornatus: illas pictor haud adpingere
Eualuit, at relictæ sama prædicat.
Iuris Professor vtriusque splendidus:
Theologus æuo maximus suo fuit.
Pugil fideliter tuens Ecclesiam.
Castus sacerdos, atque tutor pauperum.
Orator vtriusque Cleri, præditus
Facundia mirabili: Scholasticus
Huiusce Templi diligens prænobilis:
Bonnensium Collegij dignissimus Præpositus: atq; Cardinalis arduo
Honore designatus a Sanctissimo
Papa. mori Coloniae decreuerat
Sed fata Romæ terminum præfixerant:
Cum quindecim iam præterissent secula
Lustraq; decem nono fere cum Martio
Tunc pridie vir clarus Idus Martias,
Romæ relinquens triste seculum, petit
Cælum sepultus laude magna postmodum.

FINIS.